Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



zonis suis. Re uera enim necessarium uidetur eum quem manuum operis uti maluerit
debere succinctum esse. & in omnibus paratum absque ullo impedimento inuenire
ad omne operis ministerium. Unde cingulo indigere. ut uel colligata circa
corpus sit tunica christiani. & ex qua magis confouere possit cum undique con
strictum sit. uel non impedire ad omnem rem quam agere parat. De numero autem
indumentorum nihil possumus dicere. cum manifesta diffinitione prescriptum
sit. in quo dicit. quod habere duas tunicas de non habenti. ex quo sine dubio plures
habere illicitum dicit. Quibus quod habere duas tunicas non licere. His quorum aliquod
dediuersitate indumentorum percipi potest.

Interrogatio

Si licet alicui expo dicere. & quod sibi uidetur bonum absque testimonium
scripturarum. dino ihu xpo dicente de spu sco. non enim loquitur a se ipso. sed quae
cumque audierit apatre hec loquitur. De se ipso autem non potest filius a se facere
quicquam. Et iterum. Ego ame ipso non sum locutus. sed quia misit me pater ipse dedit man
datum. quid dicam & loquar. & scio quia ei mandatum uita aeterna est. Quae ergo ego
loquor. sicut dixerit mihi pater ita loquor.

Responsio

Quis potest in tantum prorupti temeritatis. ut audeat a se quicquam
uel loqui uel cogitare. immo uero sciendum quia omnis ducere ministerium indi
gemus spu sco. ut ipse nos inducat in uia ueritatis. & in cogitationem
& uerbis. & in actibus. Caecus enim est & in tenebris degit. omnis qui est absque
sole iustitiae quae est dns nr ihs xpc. cui mandatis uelut radius quibus dum
illuminamur. Mandatum inquit dni lucidum illuminans oculos. Quia quae
in omnibus negotiis. quae inter nos uersantur. uel uerbis. quae quidem per man
datum dei indiuimus scripturis distinguuntur. quae uero reticentur. De his
quidem quae scriptas. nulla prorsus licentia permittitur cuiquam uel admit
tere quod prohibitum est. uel omittere quod perceptum est. cum ipse dns ita percepit
dicens. Et custodi uerbum hoc quod ego mando tibi hodie. non adicies ad illud
neque auferes ab eo. Sed & terribilis quaestio est expectatio iudicii & ignis
zelus. qui est futurus et aduersarios. & eos qui ausi sunt tale aliquid operari. De
his uero quae scriptura reticuit. regula nobis apts posuit eundem dicens.
Omnia licent sed non omnia edificant. omnia licent sed non omnia expediunt.
Nemo quod suum est quaerat. sed quod alterius. Itaque omnimodo non quae nobis licita
sunt. sed quae edificant proximos agere debemus. & non nobis placere sed proximis
ad edificationem. Scriptum enim est. subiecti in uice intimore xpi.